



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 92. Articulus de unctione, atque ritibus ad examen vocatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](#)

Sæcul. XVI.
A.C. 1562.

nim illa quæstio: an sit Ordo specialis,
ac characterem imprimat? porro id af-
firmabant plures, eoquod Episcopatus
binas, ac speciales, easque sacras ope-
rations complectatur, scilicet confir-
mationem, & Ordinum collationem,
ad quas exercendas donum, ac specia-
lis character requiratur.

§. XCII.

*Articulus de Unctione, atque ritibus
ad examen vocatus.*

Cum sententiæ rogarentur circa Un-
ctionem, & Sacras cæremonias in
Ordinibus conferendis usitatas, omnes
Theologi unanimi suffragio temeritatem
Lutheranorum damnabant, eoquod hi
contra sacram hanc unctionem, ritus-
que tam petulanter insurrexerint: ni-
hilominus contendebant nonnulli, quod
illæ Unctiones, ac cæremoniæ, quæ
omnino requirentur, ab illis minus
necessariis distinguerentur: cum autem
definiri oporteret, quænam ex hisce
Unctionibus, ac cæremoniis plus, mi-
nusve sint necessariæ, non una omnium
erat sententia; quippe quidam Lusita-
niæ Regis Theologus, jurisque Cano-
nici Doctor nomine Melchior Cornelius,
cujus jam supra meminimus, ita de-
clamabat: "manuum impositio sola est
cæremonia, quæ essentialis appellari
,,mere-

Secund. XVI. "meretur; Apostoli enim in Ordinatio.
A.C. 1562. "nibus usi sunt manuum impositione,
 "adeo ut nulla unquam in divinis lite-
 "ris Ordinatio sine manuum impositione
 "facta legatur: insuper succendentibus
 "temporibus hic ritus adeo essentialis
 "habebatur, ut passim Ordinatio ipse
 "nuncuparetur manuum impositione,
 "quamquam Gregorius IX. hunc ritum di-
 "xerit introductum ab Apostolis, & multi
 "Theologi eam non habeant pro necel-
 "faria, quicquid alii aliter sentiant. Ce-
 "terum de Unctione ex Decretali, quam
 "Innocentius III. super hac re edidit, o-
 "mnino constat, quod in omnibus Ec-
 "clesiis non fuerit usurpata: nec minus
 "celebres Canonistæ Hostiensis Cardi-
 "nalis, Joannes Andreas, Panormita-
 "nus, & alii affirmant, quod Papa solo
 "suo verbo Presbyterum ordinare posset,
 "dicendo, *Esto Sacerdos*, imo quod ma-
 "jus adhuc est, Innocentius IV. omnium
 "Canonistarum Parens, universum asse-
 "rit, nisi formulæ illæ recens ad inventæ
 "obstarent, abunde futurum, si ita di-
 "ceret Ordinator, *Esto Sacerdos*, aut
 "verbis tantundem valentibus uteretur,
 "nam formulæ, quæ observantur, ab Ec-
 "clesia primum postea sunt constitutæ:
 "ob has rationes censebat Cornelius, ta-
 "cendum de cæremoniis necessariis, eo-
 "quod exacte hujus necessitatis gradus de-
 finiri



finiri haud possent, sed potius, illos tan- Sæcul. XVI.
A.C. 1562.
tum ajebat damnados, qui pro super-
fluis, aut pernicioseas habent.

§. XCIII.

*Episcopi pro conficiendis Canonibus
nominati.*

Postquam Theologi, ac Canonici ju- Pallav. l. 19.
c 12. n. 10.
& cap. 14.
num. 4.
ris Doctores horum articulorum exa-
men absolverant, ex Episcopis nonnulli
fuere nominati, qui Capita, & Cano-
nes instruerent. Hi Præfules erant Ca-
spar de Fosso ex Ordine Fratrum Mini-
morum Reggienis Archiepiscopus, Cal-
linus Jadrensis Archipræsul, Andreas
Costa, seu Cuesta Legionensis, Sala Vi-
variensis Episcopus, Suaresius Conim-
bricensis, & Colosvarinus Canadiensis
Præsul. Hi intra octiduum suo funge-
bantur munere, adeo, ut jam decima
tertia Octobris die prima haberetur Con-
gregatio, in qua Canones, & capitula
ab eis concinnata discuterentur. Porro
circa Ordinis Sacramentum capita e-
rant nonnisi quatuor, octo autem Ca-
nones: rebus igitur tam prospere di-
spositis Legati negotium cum summa
animorum tranquillitate perficiendum
sperabant, nec sua eos fefellerit opinio;
quippe omnes Patriarchæ, atque Ar-
chiepiscopi præter Granatensem Cano-
nes, prout ipsis proponebantur, appro-
babant,